Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Octauũ tenet atra locũ Mors, relligiones
Nona domũs, decimũ gloria laudis habet.
Vndecimũ dulces constantis amoris Alumnos,
Squalidus extremũ limina Carcer habet.

DE INVENIENDIS Cuspidibus figurae caeli, seu de signis Zodiaci figurae imponendis.

Quoniam erigere figurã caeli nihil aliud sit, quam in plano describere, & ob oculos ponere Planetarũ in signis caelestib. situm & aspectum ad certã horam, certi anni, mensis & diei. Necesse est ut antéoia numerus amorũ certi mensis diei ac horae pro erigenda caeli figura sit cognitus. Cum aut nõ oes incoeant diem ab eodem principio, sequitur nõ omnes dies cũ Astronomicis dieb. congruere. Aliud-n. Astronomici diei principiũ, aliud reliquae gentes constituũt. Ut cũ Astronomi orduũt diem à Meridie cũ videlicet Sol motu primi mobilis Meridianũ p uertice nostri loci transeunte attingit. Nos in hac ciuitate à media nocte diem auspicamur, qui cũ nõ quadrat cũ motib. Planetarũ in Ephemeridib. coputatis. Primũ tempus oblatũ in hac nostra regione reducendũ est ad tempus Astronomicũ.

Astronomi incoeant diẽ à meridie & numerant 24 horas ab hũc meridie ad alterũ. Nos inuocamus diẽ à media nocte & bis numeramus 12. Norimbergae ab exortu Solis. In Gallia diẽ regionib. vt in Silesia orientũ diẽ ab occasu Solis.

Si igitur infans in hoc (dimidio s. horologio) natus fuerit post Meridiem, tunc nulla usq; ad media nocte